



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

LXVIII. Vt Iudaei discernantur a Christianis in habitu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO CHRISTI 1215. Iudæorum perfidia inolescit, ita quod breui tempore Christianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte prospicere Christianis, ne a Iudæis immaniter aggrauentur, synodali decreto statuimus, vt si de cetero quocumque prætextu Iudæi a Christianis graues & immoderatas usurpas extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter. Christiani quoque, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur ab eorum commerciis abstinere.

Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non sint Christianis infesti, sed potius a tanto grauamine Iudæos studeant cohibere.

Ac eadem poena Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis pro decimis & oblationibus debitibus, quas a Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueverant, antequam ad Iudæos quocumque titulo deuenissent, vt sic ecclesiæ conseruentur indemnes.

L X V I I I .

In nonnullis prouinciis a Christianis Iudæos seu Saracenos habitus distinguit diuersitas: sed in quibusdam sic quædam inolevit confusio, vt nulla differentia discernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum seu Saracenorum, & Iudæi seu Saraceni Christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatae commixtionis excessus, per velamentum erroris huiusmodi, excusationis vterius possint ha-

Concil. Tom. 28.

Ee

218 INNOCENTIVS P. III. CONCILIVM FRIDERICVS II.
IMP.

bere diffugium, statuimus vt tales vtriusque sexus,
in omni Christianorum prouincia, & omni tem-
pore, qualitate habitus publice ab aliis populis dis-
tinguantur, cum etiam per Mosen hoc ipsum le-
gatur eis iniunctum.

Lexit. 19.

Deut. 23.

In diebus autem lamentationis, & dominicæ
passionis, in publicum minime prodeant, eo quod
nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus)
ornati non erubescunt incedere, ac Christianis,
qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes
lamentationis signa prætendunt, illudere non for-
midant.

Illud autem distictissime inhibemus, ne in contu-
meliam Redemptoris profili re aliquatenus præsu-
mant. Et quoniam illius dissimulare non debemus
opprobrium, qui probra nostra deleuit, præcipi-
mus præsumptores huiusmodi per principes sœcu-
lares condignæ animaduersionis adiectione com-
pesci, ne crucifixum pro nobis præsumant aliqua-
tenus blasphemare.

L X I X .

Cum sit nimis absurdum, vt Christi blasphemus in Christianos vim potestatis exerceat, quod super hoc Toletanum Concilium prouide statuit, nos propter transgressorum audaciam * in hoc capi-
tulo innouamus, prohibentes ne Iudæi officiis pu-
blicis præferantur, quoniam sub tali prætextu Chri-
stianis plurimum sunt infesti. Si quis autem offi-
cium eis tale commiserit, per prouinciale Conci-
lium (quod singulis præcipimus annis celebrari)
monitione præmissa, distictione qua conuenit

ANNO
CHRISTI
M D L V